



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 43. Concilium Carthaginense V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum IV. Pagani ferebant, quo reparatio cultus sui
A. C. 400. in hoc Templo prædicebatur; contra-
 rium autem accidit, nam post 20. ferme
 annos eversum, & in cœmeterium mu-
 tatum. Circa idem tempus martyrium
 sexaginta Christianorum memorabile est,
 quos Pagani Colonia Suffectensis, quod
 Idolum Herculis dejecissent, & confre-
 gissent, obtruncarunt. Hæc discimus ex
 S. Augustini Epistola, ad seniores hujus
 Coloniae data, qua crudelitatem eorum,
 & legem contemptum exprobrat. Ec-
 clesia hos Martyres 30. Aug. honorat.

*Aug. ep. 50.
al. 267.*

§. XLIII.

Concilium Carthaginense quintum.

tom. 2. Conc. **C**oncilium Africanum adhuc exstat, cu-
p. 1215. jus tempus magis certum est æra Hi-
v. Schostrat. spanica 438. sexto Calendas Junii, id est,
Diff. 3. c. 9. 27. Maji anno 400. Aurelius præfuit,
 sexaginta duo Episcopi cum ipso subscri-
c. 1. psere. Quindecim Canones confecti, quo-
s. 2. rum ultimo statuitur, ab Imperatore om-
 nium reliquiarum Idololatriæ, etiam in
 lucis, & inter arbores abolitionem esse
 petendam. Clerici tanquam testes in
 judicium vocari prohibentur. Clerici
 cujusdam, cujuscunque ordinis Episcopi
 judicio damnati, defensionem nec Eccle-
 sia, quam rexit, suscipiat, nec quicunque
 alius, id est, ut alibi explicatur, petenda
 hac super re ab Imperatoribus Lex erat,
 qua

qua id præciperetur. Et enimvero le-
gem invenimus Honorii, datam 4. Febr. *Sæculum IV. A. C. 400.*
ejusdem anni 400. qua Episcoporum de-
positio, in Conciliis decreta, confirma-
tur, & Episcopo deposito præcipitur, ut *Dion. exig. n. 62. L. 35. C. Th. de Episc.*
ultra centum milliaria ab urbe, cujus fuis-
set Episcopus, discedat. Omnibus quo-
que interdicitur, ne pro ejus restitutione
Imperatorem sollicitent. Episcopi bona *c. 4. c. 5. c. 8.*
Ecclesiæ absque auctoritate illius Pro-
vinciæ Primatis, & Concilii alienare pro-
hibentur. In sua Diœcesi nullibi, quam
in Ecclesia Cathedrali resideant. Inter-
cessor, id est, ille, qui curam Ecclesiæ va-
cantis in se suscipiebat, alio nomine visi-
tator, electionem Episcopi intra annum
procuret, sin minus, anno circumacto,
alius Intercessor constituetur. Episcopi *c. 10.*
in Concilio præsentés sint, aut, si excu-
sationem legitimam habent, eam scripto
tradant. Primates Episcopos Provinciæ
in duas, vel tres cohortes dividant, ut
successu, & ordine suo omnes ad Conci-
lium veniant. Magnus in qualibet Pro-
vincia erat Episcoporum numerus. Pres-
byteris aut Diaconis reis pœnitentiæ
causa non imponantur manus sicut Lai-
cis. Iste abusus inter Donatistas vige-
bat. Clerici excommunicati post anni
decursum defensio amplius non audie-
tur. Episcopus, si in Clericum, vel Su-
periores sui Monasterii ordinaverit Mo-

Hist. Eccles. Tom. V.

K

na

Optat. lib. I.

c. 12.

Sæculum IV. nachum, alteri Episcopo subjectum, ad
 A. C. 400. solius Ecclesiæ suæ Communionem coar-
 ctabitur, & Monachus nec Clericus, nec
 Superior erit. S. Augustinus hujus Ca-
 nonis mentionem facit in duabus Episto-
 larum suarum, ubi dicit, in Clericos non
 esse ordinandos ex Monasteriis transfu-
 gas, sed Monachorum optimos.

- c. 6. Decernitur, ut sine scrupulo bapti-
 zentur infantes, de quorum baptismo
 non certo constat. Altaria memoriae
 c. 14. Martyrum consecrata, si argumenta certa
 non sint, & revelationes obscuro aucto-
 re, tollantur. Dies, qua Pascha cele-
 brandum, per Epistolas formatas decla-
 retur. Lex continentiae pro Episcopis,
 Presbyteris, & Diaconis confirmatur. (*)
 c. 3. Hæ sunt Regulæ istius Concilii, quod in-
 ter Carthaginensia quintum, & sub Aure-
 lio est ordine tertium.

§. XLIV.

S. Augustini scripta.

II. retract. c. Sanctus Augustinus nunquam non pro
 4. de Catech. Ecclesia laborabat. Circa illud tem-
 to. 6. p. 182. pus, nempe annum 400. plurimos libros
 composuit, quibus accensetur parvus
 Tractatus de Fide rerum, quæ non vi-
 den-

(*) Hic rursus Protestantes convincuntur,
 Legem continentiae Clericorum non esse no-
 vam.